



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 162. Ludovici Galliarum Regis sollicitudo in procuranda vitæ suæ
securitate

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

§. CLXI.

Sæcul. XV.
A.C. 1478.*Florentinorum pax cum Pontifice.*

Scriptit illico Cæsar ad Franciæ Regem, tantumque effecit, ut jamjam imminetia gravioris mali pericula cessarent. Impetravit enim Fridericus ab eodem, necnon ab Italiæ Principibus, ut suos Legatos Florentiam decernerent, qui tollendis dissidiis, & firmandæ paci operam suam impenderent. Hi ante omnia statuunt, a Florentinis Oratores ad Papam esse mittendos, qui Pontificis gratiam, pacemque exorarent. Ast hujus Reipublicæ cives pacis conditionibus a Sixto propositis acquiescere renuebant; unde adhuc bellum aliquamdiu protrahatur, donec Laurentius de Medicis Neapolim petens, ante omnia cum Ferdinando Rege, ac postea cum ipso summo Pontifice pacem iniret.

§. CLXII.

Ludovicus propriæ suæ salutis providus.

Interea plurimum deferbuit Ludovici Franciæ Regis impetus; quippe potius Pontificem terrendi animo, quam reipsa omnibus, quæ illi comminatus est, malis eum affligendi voluntate accendebatur;

T t 5

batur;

Sæcul. XV. batur; hanc ob rem Lugdunensem con-
A.C. 1478. ventum, prout tamen publicaverat, co-
 gere prætermisit. Quin etiam sibi met-
 ipsi non parum metuere cæpit, aucto-
 tissimum insidiarum timore, postquam
 tragicum Juliani Medicei exitum com-
 pererat; Quapropter, ne idem quoque
 fatum sibi aliquando immineret, veritus,
 centum Nobiles, quorum fidem atque af-
 fectum sibi sat exploratum habebat,
 pro corporis sui custodia selegit. His
 Comitem de Castro præfecit; alterius
 autem validissimæ legionis, quæ ex ve-
 teranis militibus prælio exercitatissimis
 instructa erat, imperium Comminæo con-
 credidit, hosque satellites suos *Pensiona-*
rios appellare consuevit. Utriusque ag-
 minis cura erat, ut apud Regem diu
 noctuque excubaret; Præter hos unus
 ex Ephebis immote Regis latera stipare
 cogebatur, oblonga armatus hasta, qua
 sine discrimine quemcunque transfigere
 jubebatur, qui absque venia prius obten-
 ta ad Regem accedere præsumeret.

Chatre

§. CLXIII.

*Filius a Maria de Burgundia in
 lucem editus.*

Oliv. March Hoc anno millesimo quadringentesimo
lib. 2. c. 9. septuagesimo octavo Maximilianus
 Austriæ Dux ex Maria de Burgundia
 con-